

ad n. 6400. Est adhuc in contrada Monticchio, Valle di Terracina, ubi integram descripsit Dessau: Ectypum misit Fiorellius. Ed. Blanchère *mél.* 1884 p. 254.

m · TVCCIVS · M · FIAE  
ARRVNTIVS  
uibia · C · F · SECVNDA  
TVCCI  
5 c. u · BIVS · PRIMVS · SOCER  
uibiae ANTIOCHIDI  
ARRVNTIO · RVFO  
TVCCIANO · AVNCVLO  
PRIMIGENIO · PRIMI · F  
10 VIXIT · ANN · XVI  
VIBIAE · C · FIL · SOTERIDI

1. 2 M · F · I · A | C · ARRVNTIVS Blanch. male. —  
3 in. BIA Bl. — 6 fin. DIS videbatur esse Dessau; DI · Bl. — 11 C · F · TRI · SOTERIDI Bl.

ad n. 6403. Hodie apud Capponium. Vidit Dessau; ed. Blanchère *mél.* 1884 p. 40. — 5 lege PII.

ad n. 6410. Ed. Blanchère *mél.* 1884 p. 43.

ad. n. 6421. In pavimento ecclesiae S. Caesarii descripsit Stevenson a. 1879 dimidiatam; unde sic emendatur:

† HIC REQUIESCIT IOANNES B · M  
QV PL M ANNO S LX DP IN PACE uili DV S  
FEBRVAR · SEPTIES PC BASILI VC p. C. 548

8260 Terracinae murata ad uso di gradino in un lavatojo municipale, quo loco eam fuisse inde a tempore Pii VI pont. max. iudicatur rerum Terracinensium peritissimus Capponius.

C · P A C C I V S · C · F  
X · VIR · AD HASTAM  
LVDOS · HONORIS · Et uirtutis fecit  
C · PACCIVS · C · ANCPLES  
5 ACTVM · EX · TESTAMENTO · Arbitratu c. pacci  
C · L · POTE

Recognovit Dessau. Ectypum misit Fiorellius a. 1884.

Decemviros stlitibus iudicandis hastae centumviralis curam egisse notum est; eos dictos esse propterea ad hastam nunc primum innotescit.

8259 loco antiquo in latere exteriori, id est eo quod viam respicit, pilarum duarum monolitharum; inter eas pilas quae olim fuit portae adhuc apparent vestigia, pertinentis ut videtur ad ingressum sepulcri cuiusdam. Valle di Terracina (*plaine d'environ trois milles en tous sens, au N. O. de Terracine entre le Monte S. Angelo et le monte Leano*) ad viam q. d. delle Scifelle BLANCHÈRE; sull' Appia a 700 metri a N. di Casaletti DESSAV.

in pila priore:                      in posteriore:

OLLEGI  
M · PON  
ICVM D  
5 ZREUIT SI E  
A · ITA · SVNT  
QVE LIBELO  
/ ONTENE  
NTVR PLA  
10 CERE PER  
RE PVELA  
Q AGATV  
ACELO

TER  
PRA  
IPTO  
EPONER  
5 Z · ET · SCRIPT  
VRAM · TITV  
LI · AT PRIST  
INAM · FOR  
MAM REST  
10 ITVERE · PIA  
CVLO · PRIVS  
DATO · OPERI  
S · FACIEND  
I · OVE ATRA

Descripti ad ectypum; recognovit Dessau ad lapides. Edidit qui repperit Ren. de la Blanchère *revue archéologique* N. S. 40 (1880) p. 363 et *comptes rendus de l'Académie* 1884 p. 332 et *mélanges d'arch.* 1884 p. 44, item ad lapidem denuo recognitam p. 251. Edidi ego *Bull. dell' Inst.* 1884 p. 63.

1, 1 vestigium litterae M satis certum est teste Dessavio; adesse negat Blancherius. — 13 'post LO lapis vacat' Dessau. — 'ante 2, 2 versus videtur exesus esse totus' Dessau. — Fuit sic fere: [Dis] m(anibus) [s(acrum)]. Collegium pontificum d[ec]reuit, si ea ita sunt que libelo [c]ontinentur, placere per .re puella[m], d[e] q[ua] agat[ur], s[ac]elo [ex]imere et [i]nter[um] ex pra[es]cripto [d]epone[re] et scripturam tituli at pristinam formam restituere piaculo prius dato operis faciendi ove atra. — 1, 10. 11 per .re (spatium quod vacat non plus duas litteras capit) lapis; qui hiatus quomodo commode expleatur, non repperi. Nam quod Blancherius nuper proposuit perferre ut spatium excedit, ita ipsum ineptum est; peregre, quod suggestit amicus quidam, spatium recte quidem implet, sed in tenorem decreti rem infert a iure alienam. Omnino autem cum sequantur infinitivi activi, requiritur subiectum a quo pendeant; requiritur praeterea vocabulum ut posse vel licere; neque enim pontifices sepulcrum mutari iubent, sed ut mutetur permittunt. Fortasse exciderunt quaedam ad hunc modum: placere per [collegium parentibus licere]. — De ipsa re cf. Paulus sent. 1, 24, 4: ob incursum fluminis vel metum ruinae corpus iam perpetuae sepulturae traditum sollemnibus redditis sacrificiis per noctem in alium locum transferripotest. Vol. VI n. 1884 = Orelli 794: reliquiae traiectae eius (M. Ulpii Phaedimi mortui Selinunte a. 147) . . . ex permissu collegii pontific. piaculo facto Catullino et Apro cos. (a. 130).

8261 tabula marmorea palm. c. 3 longa, alta palm. 1, Terracinae rep. a. 1758 in secessu patrum congregationis passionis Iesu Christi.

D · M  
VALERIAE · FRONTINAE · NAT · GNIGISSAE · EX · CI  
VITATE · COROPISSE · VICO · ASSERIDI · D · N · FILIAE · VAL  
FRONTONIS · AQVILIENI · QVAE · VIXIT · ANN · XXVIII  
5 MENSIBVS · III · DIEBV · XXI  
VALERIVS · MONTANVS · NAVVAX · EX · EADEM  
CIVITATE · ET · VICO · CONIVGI · KARISSIMAE · B · M · F

Pantanelli de principatu Terracinae ms. p. 51 qui vidit.

4 AQVILIENI respondere videtur Gnigissae vocabulo; certe non substituendum AQVILIFERI, cum eiusmodi condicio parum conveniat homini ex Lycaoniae civitate ignobili oriundo. — 6 NAVVAX traditur. — Coropissus (sic nummi apud Eckhelium d. n. 3, 30; errore Κοροπισσός apud Strabonem 12, 6, 4 p. 568) civitas (χώρη Strab.) Lycaoniae nota est, ignota tam natio Gnigissorum quam vicus Asseris; quid quod hoc quoque mihi certe novum accidit nationem non pro civitate, sed cum civitate indicari. Vicus cum dicatur esse domini nostri, colonorum fuit imperatoris. — Prima haec est inscriptio classarii Tarracinae inventa.

8262 in fistulis plumbeis rep. a. 1727 prope Cisternam, dum via reficitur redeunte pontifice a Benevento; deinde Cisternae apud Gaetanos GIORGI.

SEVERI ET ANTONINI AVGG

Giorgi sched. Casan. vol. XVI (inde ego non accepi, edidit acceptam a Stevensonio Lancianus *acque* n. 218).

X

8263 epistylum supra Terracinam contrada Ritiro.

A · MAIANIVS · M · MNI · L ·  
PHILERO S · SAGARIVS  
MAIANIA · A · L · CI/ATA · L ·  
A · MAIANIVS · PAMPHILVS · L · F · P · XII

Recognovit Dessau. Ectypum misit Fiorellius.

3 fortasse fuit GRATA, quamquam prima littera C potius videtur esse' Dessau.